

- XL. Erzbischof Peter von Mainz bestätigt den Bürgern von Oppenheim und Odernheim die Freiheit von geistlichem Gericht in weltlichen Sachen. 1315 Jan. 22.

Or. Hausarchiv K. 39 L. 1 n. 15.

Petrus Dei gracia sancte Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius | strenuis ac prudentibus viris . . scultetis, . . castrensibus, . . militibus, . . consulibus et universis civibus in Oppenheim et in Odernheim fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ut super causis secularibus ad forumulare per-
 tinentibus auctoritate nostra vel iudicium nobis subiectorum
 ad aliquod iudicium ecclesiasticum trahi non possitis vel
 conveniri, vobis de speciali gratia presentibus indulgemus,
 Iudeis apud vos in predictis opidis commorantibus, ut
 eadem contemplacione vestra gaudeant gratia, concedentes.

Dat. Mogunt(ie), anno Domini MCCCXV, XI. Kalend.
 Februar.

Siegel am Pergamentausschnitt fehlt.

- XLI. Spruch des Thüringischen Landfriedensgerichts gegen Rudolf von Varila. 1315 Nov. 10.¹

Or. Nürnberg, Germanisches Museum n. 178.
 Am untern Rand von Mäusen zerfressen.

Nos Guntherus Dei gracia comes de Suarzburg iudex
 et . . duodecim pacis conservatores per Thuringiam generalis
 recognoscimus publice profitendo, quod discreti viri
 Henricus de Hallis et Bertoldus dictus Vnsoche cives Erfordenses strennum virum Rudolfum dominum castri in Varila ad nostram presenciam generalibus plebiscitis pecierunt et procuraverunt tribus edictis litteratorie evocari. Ultimo vero termino peremptorie sibi prefixo, videlicet in vigilia beati Martini episcopi², communi sententia ipsorum duodecim pacis conservatorum inventum fuit et decretum, ut quidquid per publica instrumenta probari posset, firmitatis robur et effectum coram ipsis et iudiciis in execucione iuris et facti deberet per omnia obtinere. Et cum iidem Henricus et Bertholdus per bonas et valentes litteras . . plebanum ecclesie sancti Laurencii Erfordensis, ipsam ecclesiam et ipsos nomine eorundem et parrochialium ibidem nomine procuratorio ad manum fidelem in possessione

1) Nicht im Urkundenbuch der Stadt Erfurt.

2) Nov. 10.